



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 19. Rupellensis obsidionis Continuatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

Sæc. XVII. hibet etiam, *sub pœna proprietatis*, n  
A.C. 1628. ulla Monialis census vitalitios, ancil  
las, catellos, gallinas, columbas, a  
ves aut similia habeat: voluit tamen  
ut præter Ordinarium Confessarium bi  
aut ter in anno eisdem aliis ab Ep  
scopo approbatus offeratur.

## §. XIX.

*Rupellensis obsidionis continuatio.*

**G**ramond.  
*Hist. Gall.*  
1. 18. *Ln-*  
*dolph.*  
*Theatr. c. 5.*  
*Monet. Ru-*  
*pec. capt.*

Quominus Ludovicus XIII. Francia  
Rex Nivernum Ducem validion  
ope in Italia fulciret, Rupellensi præ  
pediebatur obsidione, a cuius successi  
publicæ tranquillitatis, ac Regiæ au  
ctoritatis incrementum vel ruina depen  
debat. Ab eo enim tempore, quo ha  
Urbs Calvini errores amplexata, Deo &  
Ecclesiæ fidem debitam exuerat, sem  
per Regibus suis rebellis, perduellionis  
caput, omnisque mali fomes exstinct  
crebrisque fuorum victoriis ad tantam  
pervenit impudentiam, ut non modo  
Statum in statu erigeret, sed etiam  
fræni impatiens, tributi inductionem,  
belli denuntiationem, promulgationem  
legum aliaque similia jura Regia sibi  
arrogaret: Adhuc illa ætate penes  
Rupellenses Sectarios Galici maris ac  
Insularum, quæ sese ad plagas Alnixi  
& Pictonum extendunt, imperium fuit  
donec

donec nupero navalí prælio unacum <sup>Sæc. XVII.</sup>  
ancil Anglis devicti Insulis ac simul maris <sup>A.C. 1628.</sup>  
s, a dominio Regi Christianissimo decedere  
amem cogerentur. Nec tamen propterea  
m bi Rohanæus Sectariorum Princeps ab ob-  
Ep firmato Regem suum opprimendi fu-  
tio. rrore quicquam remisit, sed Montpessu-  
ancia dionum, aliasque urbes a Regis obsequio  
præcessi avertere conatus, Condæum Princi-  
e au pum, cæsis Nobilium quadraginta, ac  
se au epen trecentis gregariis Africianæ urbis ob-  
sem fissionis fidionem solvere compulit, necnon Ve-  
titit nes nem, hæc eod sem Oceanum tam valido cohibuit fræno,  
antam nido atque adversus æstuantium fluctuum,  
tiam nem, fibi ventorumque ferociam impiger labor  
nem, enes Inxi s ac fuit, onec

Sæc. XVII. cis fidelitas, necnon prompta urbiū  
A. C. 1628. Catholicarum subsidia, præcipue Cle  
Gallicani, qui quamvis intra sexennium  
plusquam quinque librarum myriades  
pro reprimendis hisce rebellibus con  
tulisset, nihilominus hoc item anno tri  
cies centena librarum millia Regi pen  
debat. Accurrerat etiam in Gallic  
Regis subsidium valida Regis Hispan  
classis, Architalasso Friderico Toletano  
qui exeunte Mense Decembri Morbiha  
num in portum Aremoricorum inve  
ctus est: Interim vero, cum Rupellen  
ses Calvinistæ terrestri eruptione pen  
itus prohibiti nequidem prædatoriis sca  
phis Oceanum ultro infestare possent  
omnis consilii opisque inopes Anglia  
Regem sollicitarunt, ut cum classe ei  
fine recens instructa auxilium laborant  
urbi ferre festinaret: comperto Anglo  
rum consilio mox Ludovicus Franciæ  
Rex Parisis Rupellam ad castra rever  
sus est, a Friderico Toletano saluta  
tus, qui tamen, eoquod in Regis allo  
quio caput pileo tegere haud jussus  
esset, indignatione inde concepta, aut  
forte secreto Hispani Ministerii mandato  
cum sua hucusque otiosa, intactaque claf  
se in Hispaniam reversus est: eadem au  
tem die Ambrosius Spinola unacum Fi  
lio suo Franciæ Regem invisit, ac ex  
posita legationis suæ cauſa idem Ru  
pellanæ

biun  
Cler  
nium  
iades  
con-  
o tri-  
pen-  
allid-  
span-  
tano  
biha-  
inve-  
ellen-  
peni-  
s sca-  
sent  
nglia  
se e-  
ranti  
nglo-  
ncia-  
ever-  
luta-  
allo-  
uslus  
. aut  
ndato  
claf-  
n au-  
n Fi-  
c ex-  
Ru-  
lanæ  
pellæ obsidionis genus, quo ipse Bre- Sæc. XVII.  
dam expugnasset, admiratus, lineam A. C. 1628.

vulgo *communionis dictam urbi nimis vi-*  
*cinam, proin hostilibus belli tormentis*  
*expositam observabat: dein die prima*  
*Februarii Spinola in Hispaniam rever-*  
*so, Ludovicus Rex Fecialem ad obsecros*  
*misit, qui urbis ruinam denuntiaret,*  
*ni confessim ditione facta in Regis*  
*obsequium reverterentur: Verum hic*  
*cum petulantissimo responso rejectus est,*  
*renuntiantibus Sectariis, se non jam*  
*de pace, sed libertate & salute sua a-*  
*cturos, & pro utraque ad postremam*  
*sanguinis guttam decertatueros: mox*  
*vero Guitonem, invitum licet, in Urbis*  
*Præfectum renuntiant, qui acceptato*  
*demum imperio pugionem in foro ap-*  
*pendi jussit, significans, hoc ferro aut*  
*se, si ditionem acceptaturus, aut*  
*civium quemvis jugulandum fore, si*  
*ditionem fieri suasurus esset.*

## §. XX.

*Altera Anglorum classis in Rupellen-*  
*sum opem adiecta.*

Tantam adversus Regem suum con- Rapin.  
Thoyr. hist.  
d' Angl. l. 19.  
Pufend. In-  
trod. tom. 4.  
l. 4. c. I.  
Rapin,  
tumaciam, atque proterviam Hu-  
gonotis inspiraverat Britannicæ clas-  
sis fiducia; probe enim cognitum ha-  
bebant, quod Carolus I. Angliæ Rex

*Hist. Eccles. Tom. LIX.**E in-*